



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

283. De prima Petri negatione.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

D. N. IESV CHRISTI. 263

Matth. 26. v. 65. 66. Omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Marc. 14. vers. 64.

III. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cadentes. Luc. 23. v. 63. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cecciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt. Matth. 26. v. 67. Et velauerunt eum, (faciem eius, Marc. 14. v. 65.) & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Matth. 26. v. 68. Luc. 22. v. 64. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Luc. 22. v. 65.

MEDITATIO CCLXXXIII.

De prima Petri negatione.

I. SEQUEBATUR AUTEM IESUM SIMON PETRUS, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariae, & introduxit Petrum. Ioan. 18. vers. 15. 16.

II. Accenso autem igne in medio atrij, & circumfidentibus illis (ministris) erat Petrus

Petrus in medio eorum. *Luc. 22. v. 55.* Petrus verò sedebat foris in atrio. *Matthaei 26. vers. 69.*

III. Cùm esset Petrus in atrio deorsum, venit una ex ancillis summi sacerdotis, (ancilla ostiaria, *Ioan. 18. v. 17.*) & cùm vidisset Petrũ, *Marc. 14. v. 66. & 67.* sedentẽ ad lumẽ, *Luc. 22. v. 56.* & calefacientem se, *Marc. 14. v. 67.* & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cũ illo erat. *Luc. 22. v. 56.* Accessit ad eũ una ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo, Nazareno eras. *Matth. 26. v. 69. Marc. 14. v. 67.* Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? *Ioan. 18. v. 17.*

IV. At ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio, quid dicis. *Matth. 26. v. 70.* At ille negavit, dicens: Neque scio, neque novi, quid dicas. *Marc. 14. v. 68.* At ille negavit eum, dicens: Mulier, non novi illum. *Luc. 22. v. 57.* Dicit ille: Non sum. *Ioan. 18. v. 17.* nimirum ex discipulis hominis istius. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantavit. *Marc. 14. v. 68.*

MEDITATIO CCLXXXIV.

De secunda & tertia Petri negatione, ejusdemque pœnitentia.

I. **E**Xeunte autem illo januam, vidit eum
alia